

buena costumbre, mas dañamiento dellos é de toda justicia.

(a) L. 1, tit. 4, lib. 7 de la N. R.

LEX V.—Inducitur consuetudo ex usu populi per tempus decem et viginti annorum, sciente domino et non contradicente, et si dicto tempore bis fuerit per eam iudicatum, vel si in iudicio contra eam non fuerint rationes admissæ, vel fuit iudicatum pro ea. Item, non debet esse irrationabilis, vel contra jus naturale, seu bonum communiæ, nec per errorem debet introduci, quia alias esset corruptela, et non teneret. Hoc dicit.

(1) *Tanto quiere decir.* Adde l. 1. tit. 10. 2. parti. et quæ tradit Bald. in leg. *etiam*, column. 5. C. de *execut. rei judic.* et l. *plebs est.* ff. de *verb. significat.*

(2) *Ni clerigo.* Ergo clerici dicuntur de populo, quod procedit indubiè in materia favorabili, et privilegiata. In materia odiosa appellacione populi non venit clericus, seu non comprehenduntur clerici secundum Abb. in cap. 1. de *vita, et honest. cleric.* et in cap. 1. de *præbend.* et per Felin. ubi dicit hoc communiter teneri in cap. *Ecclesia Sanctæ Mariæ*, column. 23. de *constit.* et facit quod consuetudo populi astringat clericos; in quo dicit Oldrad. *consil.* 95. incipit: *Magister Ordinis de Alcantara*, col. fin. quod quando est consuetudo patriciæ, et communiter respicit laicos et clericos, omnes ligat, non tanquam consuetudo laicorum, imò ut consuetudo clericorum, argument. cap. *cum dilectus*, de *fide instrument.* et melius in cap. *constitutus, de in integ. rest.* et sic notat Innocen. in cap. *cum dilectus, de consuet.* secus si esset consuetudo specialis, et propria laicorum: et de consuetudine generali, quod liget clericos, vide etiam Bald. in cap. 1. de *controv. feud. apud par. term.* vide quæ tradit Andr. Tiraquellus in tract. de *utroque retract.* fol. 113. col. 4. et fol. seq.

(3) *O la mayor partida del.* Adde l. *quod major*, ff. ad *municipal.* et quia in talibus major pars statuere potest, l. *aliud* §. *refertur*, ff. de *regul. jur.* cap. 1. et fin. de *his quæ fiunt à major. part.* Cap. si ergo minor pars aliter utatur, non præjudicabit consuetudini, quæ inducitur per majorem partem, ut tradit Bart. in repet. l. *de quibus*, col. 7. et si civitas regitur per decuriones, illi representant populum, et possunt inducere consuetudinem, ut notat Glos. in rubr. C. *quæ sit longa consuet.* l. fin. ff. de *decret. ab ordi. faci.* Alber. in dicta rubr. column. 3. Item et una pars, seu unum quarterium civitas posset inducere consuetudinem, secundum Alber. in l. *de quibus*, ff. de *legibus*, num. 46. et intellige circa ea, quæ spectant ad modum expediendi ea quæ incumbunt ipsi quarterio, non ad decisiones causarum, ut tradit Bart. in repet. l. *omnes populi*, col. 3. ff. de *just. et jur.* et an castrum subditum civitati possit habere consuetudinem de per se, Angel. in dicta leg. *de quibus*, col. pen. dicit, quod sic, si civitas pateretur; secus si civitas vellet prohibere, et revocare, nam posset eo quia castra et villæ debent regi per civitatem, ut in authent. *quibus mod. natu. effi. sui* §. *si quis ergo*, quod fortè posset intelligi, et limitari, nisi in concernentibus expeditionem incumbentium tali castrò de per se, ut dictum est in quarterio civitatis.

(4) *Diez ó veinte años.* Decem sufficiunt, quia cum populus sit semper præsens, non curatur de 20. annis, qui dantur in præscriptione contra absentes; in consuetudine verò tempus est uniforme, scilicet decem annorum, secundum Joan. Andr. in dict. tract. *consuetudinis*, versic. *visa*, col. 9. et ita communiter tenetur de jure civili secundum Abb. in cap. fin. col. 7. de *consuet.* et idem de jure canonico, quando consuetudo est præter jus, glos. not. in cap. fin. de *consuet.* lib. 6. si verò consuetudo sit contra jus canonicum, requiritur tempus 40. annorum, ut in cap. fin. de *consuet.* cap. 3. de *consuet.* lib. 6. et si consuetudo sit circa reservata Principi, requiritur utroque jure consuetudo immemorialis, cap. *super quibusdam, de verb. significat.* Abb. ubi supr. et incipit currere istud decennium à die primi actus consuetudinis, ex quo devenit in notitiam populi, vel majoris partis, Bart. in dicta l. *de quibus*, in repe. col. 7. Angel. etiam quæst. 5. Jaso. col. 14. Joan. Andr. ubi supr. in dict. col. 9. vers. *tertio quaritur.*

(5) *Como en manera de costumbre.* Id est, eo animo ut inducatur consuetudo, vide Glos. in cap. fin. de *consuet.*, et præsumitur talis animus, ex quo populus scivit, et non contradixit; non potest tamen ex unico actu quantumcumque notorio dici consensus populi, quia fortè per errorem, et causa vitandi scandali, populus prima vice non

contradicit, secundum Abb. ibi, column. 9. versic. *septimò requiritur.* Si tamen frequentetur actus, et populus sciat, probatur animus inducendi consuetudinem, et computatur tempus ex primo actu, ut superius dixi, et ponit Joan. Andr. in dicto tract. versic. *visa*, col. 5. exemplum in consuetudine, quod major natu succedat in totum, ut inspicatur quot erant præsentibus in primo actu, quando successit major natu. Item quod cum successit alius, item cum alius, item in clero, et capitulo, cum antiquiores obtaverunt præbendas; quia præsentibus, et assistentes habeantur per consentientibus in his, quæ ad publicam utilitatem respiciunt, l. 2. *circa primum*, ff. ad *municip.* Idem tamen Joan. Andr. in dicto versic. *visa*, 13. column. latius ista declarat, et vult, quod et de primo actu, ex quo devenit in notitiam populi, testes dicant quod venerit in notitiam majoris partis populi; et non sufficiat, quod testes dicant factum esse actum centum præsentibus, et alii testes deponentes de alio actu dicant, quod centum præsentibus factus fuit actus alius, et sic de tertio actu: nam licet ita dicerent, esse potuit, quod iidem fuerint, qui cuilibet ex dictis actibus præsentibus fuerint; et sic non arguetur scivisse majorem partem populi. Oportet ergo de hoc constare, et in talibus, quæ non ita liquido probari possunt, stabimus conjecturis l. *non omnes*, §. *à barbaris*, ff. de *re militari*; quidam enim actus facilius veniunt in notitiam populi, quam alii, ut in sententia, quæ lata esset super re magna, et inter magnos, ut tradit idem Joan. Andr. column. 4. in dict. versic. *visa*, et tradit Alberic. in dicta l. *de quibus*, n. 22.

(6) *Sabiéndolo el Señor.* Vide quæ dixi supra l. 5. in glos. super parte, *consuetudine el Señor.*

(7) *Fueren dados.* Videtur ex ista lege, quod ad inducendam consuetudinem requiratur pluralitas sententiarum, quæ fuerint prolata secundum consuetudinem, et sic quod non possit aliàs induci consuetudo, et facit l. *cum de consuetudine*, ff. de *legibus*. Bart. tamen in dicta l. *de quibus*, in repetit. col. 6. versic. 2. *videmus*, refert Doctores communiter tenere, quod tam ex actibus judicialibus, quam extrajudicialibus inducatur consuetudo, et ita tenet idem Bart. subdens, quod in actibus extrajudicialibus requiritur major frequentia actuum, quam in judicialibus, de quo, et exemplis notabilibus poteris videre per Albe. in dicta l. *de quibus*, num. 22. et idem tenet Jaso in dicta l. *de quibus*, col. 17. ubi alios hoc tenentes refert: et certè durum esset, ita restringere istam materiam consuetudinis, ut per solas sententias induceretur et probaretur, imò daretur occasio, quod nunquam, vel raro consuetudo aliqua induceretur, si sententiæ essent necessariae, saltem quando iudicaretur contra legem, ut et perpendit Abb. in cap. fin. de *consuetud.* col. 9. vers. 6. *requiritur*, et in cap. *Abbate, de verb. signif.* et quia etiam sine contradictione potest induci consuetudo, ut probat text. in dict. l. *cum de consuetudine*, in illo verbo, *et ibi posito*, tradit Albert. in dict. l. *in quibus*, num. 29. unde videtur ad istam legem dicendum, ut procedat, quando isto modo quis vult probare consuetudinem, scilicet, per actus sententiarum, cum populi vel majoris partis acquiescentia. Si verò non sit iste modus probandi, sed alius, ex quo colligi possit tacitus consensus populi, non excluditur per istam legem. Illud enim, quod inducit consuetudinem, est usus, et mores populi, ut in dict. l. *de quibus* et in cap. *consuetudo*, l. distinct. et supra eod. in summa hujus tituli, et l. 1. 2. 3. et 4. non ergo debet arctari ad sententias tantum. Ostendit igitur ista lex unum modum inducendi, et probandi consuetudinem, et per hoc non alios excludit.

(8) *Dos juicios.* In omnibus libris de manu scriptis, quos ego viderim, et vidi permultos et antiquissimos, ad istud passum habetur *de treinta juicios arriba*; in libris excussis, dicit *dos juicios*, et ista littera approbata fuit à Regio Senatu, et ita etiam habetur in libro *Pe-regrine*, in parte *consuetudo*, et huic litteræ consonat opinio Azo. C. *quæ si longa consuetud.* in summa, ubi etiam Gloss. idem tamen Hostiens. in summa, de *consuetud.* §. *qualiter*. Alber. in dict. versic. *visa*, col. 3. versic. *circatertium principale*. Bald. verò in dict. l. *de quibus*, num. 22. Joan. Andr. in dicto versic. *visa*, col. 5. versic. *circa tertium principale*. Bald. verò in dict. l. *de quibus*, col. 6. versic. *sed quæro, an sufficiant duo actus*, dicit quod glossatores dicunt, quod sufficit binus actus: unde si bis fuerit pronuntiatum, et intervenit tempus legitimum, satis est, allegat glos. l. 3. C. de *Episcop. aud.* quæ tamen loquitur in assuetudine delinquendi, quæ facti est improbat: nos loquimur de consuetudine probabili, quæ habet vigorem legis; et ideo dicunt Doctores secundum eam, quod de numero actuum non potest dari certa regula: posunt enim esse actus

multum nominati in populo, et tunc ne sufficiunt duo actus vallat, temporis adimiculo, possunt esse alii actus parum sciti in populo, et tunc requiruntur plurimi actus. Subdit Bal. ergo in causis gravibus, quæ non dirimuntur sine magno strepitu, et longo certamine, sufficiunt duæ sententiæ, quia perveniunt verisimiliter in notitiam gentis. Sed in causis levibus, et maxime vilium personarum, non resonat ita negotium, neque efficitur notorium; et ideo actus secundum eum, debent esse sapissimi, et per multas manus ivisse: ita quod sit verisimile, quod populus sciverit, et ratum habuerit: in his enim, quæ tot sunt spectata oculis et tot insinuata sensibus, verisimile est, quod pervenerint ad notitiam publicam, quia homines sciunt, quæ sæpè fiunt, l. *si tutor, C. de periculo tutor.*, et maxime quæ oculis patent, l. 1. §. 1. ff. de *fluminibus*, et subdit ibi bonum verbum, quod probata publica fama, satis sit probata scientia populi, arg. l. *cum quidam*, §. *quod dicit*, ff. de *acquir. hæred.* Vides ergo istud esse arbitrarium, prout etiam dixi supra eo, in lege l. unde et refert Hostiens. in summa de *consuetud.* vers. *quot actus*, quod aliqui dixerunt requiri, quod decies fuisset iudicatum: sicut et videmus, quod decem oves faciunt gregem, l. fin. ff. de *abigais*. Dicendum ergo, quod ista lex Partiarum limitetur, et intelligatur quando est verisimile, quod tales duæ sententiæ, durante decennio, devenierint in notitiam populi, et intellige de setentis definitivis: nam interlocutoria non sufficiunt, cum illæ non proferantur cum illa solemnitate, qua definitivæ, ut in specie tradit Alber. in dict. l. *de quibus*, num. 22. quem vide: et procedet etiam, etsi sententiæ sint nullæ, ut tradit Joan. Andr. in dicto versic. *visa*, col. 7. Alber. in dict. l. *de quibus*, num. 24. Neque exigitur, quod probetur, quod tales sententiæ fuerint executioni mandata, nisi constaret, quod intervenit contradictio, cum pateretur executio, ut tradit idem Alber. in dict. l. *de quibus*, num. 26. et vide per Bart. in repet. l. *de quibus*, col. 8. de utroque dicto: et an sufficiunt sententiæ arbitratorum, et cum hodie per leges Regni executioni mandentur, videtur, quod sic, ut tradit Joan. Andr. in dicto tract. versic. *visa*, col. 8. qui tamen dicit, quod tunc plures sententiæ, quam aliàs in iudicibus ordinariis requirantur: vide etiam per Bart. in dict. l. *de quibus*, col. 9. Et quid si diversæ, seu contrariæ sententiæ producantur? Vide per Bart. ibidem, col. 7. et 8. et per Joan. Andr. ubi sup. col. 8. versic. *quæro*, ubi etiam vide, quid si sententiæ proferantur inter non subditos.

(9) *Juzgase que era costumbre.* Vide Azo. *quæ sit long. consuet.* in summa, et Glos. ibi in rubr. in fine, et in l. *de quibus*, et in l. *cum de consuet.* ff. de *legibus*. Glos. in cap. fin. de *consuet.* Glos. in cap. *frustrà*, 8. *distinct.* ubi Archid. pos Vincent. notat, quod consuetudo firmata in contradictorio iudicio de cætero servabitur, neque recipitur libellus contra: imò si postea deducatur in iudicium, an sit consuetudo, non est necesse, quod probetur consuetudo, sed sufficit probare, quod fuit iudicatum in alio iudicio esse consuetudinem, et quod non fuit appellatum: et erit speciale, quod res inter alios acta aliis præjudicat; adverte tamen ne erres, quod hoc, quod aliis præjudicat, debet intelligi quando sententia, qua pronuntiatum fuit esse consuetudinem, lata fuit cum legitimo contradictore, veluti cum Syndico civitatis, tunc enim bene noceret toti populo; facit enim tunc jus inter omnes, argum. l. *ingenuum*, ff. de *statu homin.* aliàs verò non faceret jus inter omnes, arg. l. *cum non justo*, ff. de *collat. deieg.* sed proderit tunc sicut alius actus, si transierit in notitiam populi vel majoris partis, ad inducendam consuetudinem, ita declarat Alb. in dict. l. *de quibus*, num. 22. Ant. et post. eum Joan. de Imol. in cap. fin. de *consuetud.* ibi. Imol. col. 3. quod tu bene nota ad intellectum et limitationem hujus legis.

(10) *Razon.* V. quæ dixi in l. 3. supra eod. in glos. 1.

(11) *Ley de Dios.* Adde cap. fin. de *consuetud.* et in §. *his ita*, distinct.

(12) *Contra señorio.* Non ergo valet consuetudo contra majoriam Regis, et Regni, seu contra supremam jurisdictionem, ut hic, et in l. fin. tit. 15. lib. 3. *ordinat. reg. vid.* Glos. in cap. *volumus*, 16. quæst. 4. Bald. in l. 1. C. *ne reidom. veltem.* cap. 2. et ibi Abb. de *cens.* vide quod latè tradit Franc. Balb. in suo tract. *præscript. chart.* 51. per totam, et signanter col. 3. et Socin. *consil.* 275. col. 5. et 4. 2. vol. et adde cap. *cum non liceat*, et ibi Doct. de *præscr.* Oldrad. *consil.* 172.

(a) Véase lo que hemos dicho sobre la glosa 5 de Gregorio Lopez á las palabras *O de otros* de la L. 3 de este título.

T. II.

(13) *Derecho natural.* Adde dict. cap. fin. de *consuet.* quid si sit contra jus gentium, de quo habetur in cap. *jus gentium*, 1. dist. Doct. dicunt, quod non valet nisi cum causa, et quando versatur in ea publica utilitas, et sic loquitur l. *venditor*, §. *si constat*, ff. *commun. prædior.* tradit Joan. Andr. et Doct. latè in cap. *quæ in ecclesiarum, de consil.* Joan. Andr. in dict. tract. *consuetud.* col. pen.

(14) *Pro comunal.* Adde l. 2. supra eod. et vide l. *jus publicum*, ff. de *pact.* ex causa tamen valet quandoque consuetudo contra jus publicum, auctoritate, et utilitate, ut tradit Joan. Andr. in cap. fin. de *cens.* lib. 6. Abb. in cap. *cum est. offe.* col. 3. de *præscript.*

(15) *Por yerro.* Add. in eod. l. 3. et quæ dixi in glos. in parte: *con gran consejo.*

LEY VI.—Qué fuerza ha la costumbre para valer (a).

Fuerza muy grande ha la costumbre, cuando es puesta con razon, así como diximos, ca las contiendas que los homes han entre sí, de que non fablan las leyes escritas, puedense librar por la costumbre (1) que fuese usada sobre las razones sobre que fue la contienda, é aun ha fuerza de ley. Otròsi decimos que la costumbre puede interpretar la ley quando acaesciese dubda (2) sobre ella, que ansi como acostumbraron los otros de la entender, ansi debe ser entendida é guardada. E aun ha otro poderio muy grande, que puede tirar las leyes antiguas (3) que fuesen fechas antes que ella (b), pues que el Rey de la tierra lo consintiese usar contra ellas tanto tiempo como sobredicho es, ó mayor. Esto se debe entender, quando la costumbre fuese usada generalmente en todo el Reyno; mas si la costumbre fuese especial, estonce non desataria la ley sino en aquel logar (4) tan solamente do fuese usada. E desátase la costumbre en dos maneras, aunque sea buena: la primera, por otra costumbre que sea usada contra aquella que era primeramente puesta, por mandado del Señor (5), é con placer de los de la tierra, entendiendo que era mas su pro que la primera, segun el tiempo é la sazón en que la usasen: la segunda, si fuesen despues fechas leyes escritas ó Fuero (6), que sean contrarios della, ca estonce deben ser guardadas las leyes ó el Fuero, que fueron despues fechas, é non la costumbre antigua.

(a) Pragmática al principio de la Recop.—L. 1, tit. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—L. 3, tit. 2, lib. 3 de la N. R.

(b) Aquí se reconoce la existencia de la costumbre derogatoria de ley, ó llámese costumbre contra derecho. Hemos explicado suficientemente la necesidad de conocer el valor que tiene la costumbre para derogar las leyes, cuando hemos anotado la tercera de este título, y nos referimos á aquel lugar. Algunos opinan lo contrario, en vista de lo que dispone la L. 41, tit. 3, lib. 2 de la N. R., que manda la observancia literal de todas las leyes del reino, que expresamente no se hallen derogadas por otras posteriores, *sin que pueda admitirse la excusa de decir que no están en uso*. Mas esta ley no habla ni puede hablar contra la costumbre legítima, porque siendo ley la voluntad conocida del legislador, importa lo mismo que esta se conozca por palabras expresas, ó por su tácito consentimiento, como hemos dicho en el mencionado lugar á que nos referimos. La ley recopilada habla del no uso, que es cosa muy diferente; pues este segun las circunstancias puede ser inobservancia, y aun desobediencia de las leyes, que es lo que se propuso evitar. Tampoco puede dársele otra inteligencia, porque si hay leyes que jamas deben caer en desuso, por mucho que sea el tiempo trascurrido, como son todas las que inmediatamente se derivan del derecho natural ó de sus primeros ó próximos principios, otras hay que necesariamente han de caducar por el trascurso de los siglos, que cam-

bian imperiosamente la faz de las naciones, sin que haya otro remedio que hacer leyes nuevas, lo cual no siempre es obra de pronta y fácil ejecución; porque la atención del legislador se fija con preferencia en los asuntos mas urgentes y graves del Estado. Toda ley debe ser perpetua; pero las leyes humanas no pueden ser eternas. ¿No bastará como prueba irresistible de esta asercion el derecho penal español, que casi todo ha caído en desuso, siendo prudentiales y arbitrarias por necesidad casi todas las penas con que se castigan los delitos? A lo dicho añadiremos que si el artículo 4 del cap. 1 del Reglamento Provisional para la administración de justicia, publicado en 26 de setiembre de 1835, dice: *Que no podrá servir de excusa a los jueces ninguna práctica contraria a la ley*, habla conocidamente contra la corruptela, y no contra la costumbre, como lo convence todo el contenido del mismo artículo.

LEX VI.—Ubi lex non dispenit, admittitur consuetudo, et consuetudo est legum interpres, et corrigit jus anterius, si est generalis; si specialis, in illo loco dumtaxat ubi servatur, si Princeps scit, ne contradicat intra 10 vel 20 annos. Item tollitur consuetudo per contrariam consuetudinem posteriorem, aut legem. Hoc dicit.

(1) *Por la costumbre.* Nota, quod recurrimus ad simile consuetudinis, ut per consuetudinem decidatur: concord. l. *de quibus*, in princip. ff. *de legib.* ubi Bart. col. 2. Bal. col. 15. et procedit in materia consuetudinis, id est, ubi non tractatur in legibus, sed in consuetudinibus, ut in materia feudorum; tunc recurritur ad simile consuetudinis, non ad simile legis: si verò non sit talis materia, tunc prius recurritur ad simile legis, quam ad simile consuetudinis, secundum Bart. et Bald. ubi supra, et si consuetudo est irrationabilis, non trahitur ad similia.

(2) *Dubda. l. si de interpretatione, ff. de legib. cap. cum dilectus, de consuet.*

(3) *Antiquas.* Concord. l. *de quibus, ff. de legibus, cap. fin. de consuet.* et quod tradit Glos. in l. *nemo, §. temporalis, ff. de regul. jur. et infra l. proxim.*

(4) *Logar.* Adde. Glos. in dict. l. *de quibus*, et in l. 2. *C. quæ sit long. consuet.*

(5) *Del Señor.* Semper repetunt istud verbum istæ leges Partitarum ad ostendendum, populos hodie sine beneplacito Principis non posse inducere consuetudinem, sicut neque possunt condere legem: limita, et intellige, ut dixi supra in l. 3. (a).

(6) *Fuero.* Id est lex, vel statutum; et adde l. 3. §. *divus, ff. de sepul. viol.* et Doct. in dict. l. *de quibus*, et in l. 2. *C. quæ sit long. consuet.*

LEY VII.—Qué cosa es Fuero, é porque ha así nome (a).

Fuero es cosa en que se encierran (1) dos cosas que habemos dicho, uso é costumbre, que cada una dellas ha de entrar en fuero para ser firme. El uso, porque los homes se fagan á él, é lo amen. La costumbre, que les sea así como manera de heredamiento, para lo razonar é guardar: ca si el fuero es como conviene, é de buen uso é de buena costumbre, ha tan gran fuerza que se torna como en ley (2), porque mantiene los homes, é viven unos con otros en paz é justicia: pero hay entre él, é estas otras tanto departimiento, que el uso é la costumbre facense sobre cosas señaladas, maguer sea sobre muchas tierras ó pocas, ó sobre algunos lugares sabidos. Mas el fuero ha de ser (3) en todo, é sobre toda cosa que pertenezca señaladamente al derecho é á la justicia. E por esto es mas paladino (4) que la costumbre, ni el uso, é mas concejero: ca en todo lugar se puede decir, é entender. E porende ha este nombre Fuero, porque non se debe decir, ni mostrar escondi-

(a) Véase lo que hemos dicho sobre la l. 12 del tit. 1.

damente; mas por las plazas, é por los otros lugares, á quien qu'ér que lo quisiere oír. E los antiguos pusieron en latin *forum*, por el mercado do se ayuntan los homes á comprar y á vender sus cosas: é deste logar tomó este nome fuero, quanto en España, que así como el mercado se face publicamente, así ha de ser el fuero paladino é manifesto.

(a) L. 1, tit. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—L. 3, tit. 2, lib. 3 de la N. R.

LEX VII.—Forus dicitur jus ab usu, et consuetudine causatum, quod pro lege servatur, et forus propriè sumptus est generalis, et super his quæ concernunt causarum decisionem: et inde dictus forus à foro, quia publicus est et manifestus. Hoc dicit.

(1) *Encierran.* Forus ergo hic sumitur pro jure causato à consuetudine, et usu, seu moribus utentium, et concordat cum l. *de quibus, ff. de legibus.* Sed contra, quia ipsa consuetudo dicitur jus, ut probatur in §. *constat, et in §. ex non scripto, en in §. et non ineleganter.* Instit. *de jure nat.* et l. fin. *C. quæ sit longa consuet.* et in dicta l. *de quibus, versic. inveterata, respondendum secundum Alber.* in dict. l. *de quibus, n. 12.* quòd aliquando consuetudo assumitur ut factum ex moribus utentium, ex quo jus resultat consuetudinarium, et ista sumitur hic, et in dicta l. *de quibus.* Si verò assumas virtualiter pro eo quod resultat ex facto, et tunc est idem quod ipsum jus consuetudinarium; et sic procedit versic. *inveterata, et alia jur.*

(2) *En ley.* Cap. *consuetudo, 1. dist. 1. de quibus, ff. de legibus, l. fin. C. quæ sit longa consuet.*

(3) *Ha de ser.* Nota hic, quòd forus propriè est generalis, et super his quæ concernunt causarum decisionem, ut patet etiam ex foro legum, impropiè tamen forus municipalis dicitur etiam forus, ut forus municipalis de Sepulveda.

(4) *Paladino.* Facit, quod leges fori Castellæ non indigeant probatione, quod sint in usu; imò et qui earum desuetudinem allegaberit, incumbat probatio, quòd non sint in usu: ad quod facit præmium dictarum legum fori in fine, ubi Rex Alphonsus, qui et istas leges Partitarum promulgavit, juret forum illud ab omnibus observari. Item, quia videmus in consuetudinibus feudorum, de quibus in libro *feudorum*, idem servari, et non indiget probatione, quòd sint in usu, et qui a legat dictas consuetudines feudales in libro illo contentas, ut tradit Andr. de Iser. Bal. Jacob. Alv. Mart. Laud. in *præludivis feudorum*, et novissimè Franciscinus Curtius latè hoc fundans in suo *tractatu feudal.* in princip. Item, ut hic habetur, de natura fori est, quòd sit notorius et manifestus, et consuetudo notoria non eget probatione, authent. *jubemus, in verbo, moribus consonantem, et ibi notat Bal. C. de judic.* subdens, quòd iudex tenetur supplere in his, quæ sunt notoria consuetudinis, prout suplet in his, quæ sunt juris: idem Bal. in l. *filiiusfamil. §. veterant, ff. de procur.* allegans Glos. in l. 1. *C. qui et adversus quos, dicit etiam Joan. And.* in cap. *fundamenta, de elect.* lib. 6. quòd illa consuetudo, qua filios fratris nepotes appellamus, non eget probatione tamquam sit notoria. Istam quæstionem non allegatis prædictis movet Roder. Suar. in *commento suo super proemio fori*, qui motus ex l. *ordin. de Alcala, quæ est lib. 1. tit. 4. l. 4. in ord. reg. in princ. legum Taur.* cum dicit: *Mandamos que los dichos fueros sean guardados en aquellas cosas que se usaron.* Jubentur ergo servari, quatenus usu sint servata, et aliàs non, et ita servatur in practica (a); sed est difficultas, cui incumbat onus probandi usum talis legis fori, in quo idem Roder. ubi supr. se resolvit, quòd ei, qui allegat pro se aliquam legem fori, illi incumbat onus probandi, illam in usu esse observatam: movetur ex dict. l. *ordin. de Alcala, et ex l. 1. cum gloss. C. quæ sit longa consuet.* ubi Baldus, et Salic. et Bald. in l. *generaliter la 2. C. de Episcop. et Cleric.* et quia consuetudo consistit in facto, et facta sunt probanda, quia peritissimos fallunt, l. 2. *C. de juris, et facti ignorantia;* et quia est indubitata, et communis conclusio, quòd alleganti consuetudinem incumbit onus probandi, et cum ad esse legis dicti fori requiratur usus, et sic factum, necessariò talis usus cum sit factum, et qualitas à jure requisita, probanda est, et ita observari dicit et practicari: et fiunt semper articuli qualiter lex fori su-

(a) Véase lo que hemos dicho sobre el proemio de este título.

per qua pendet lis, observatur in usu: subdit tamen notabile verbum, quòd iste usus quoad leges Fori, non sit probandus eo modo, quo usus consuetudinis, quia si aliud diceretur, omnes leges dicti Fori essent quasi pro non scriptis, si nullam vim haberent, nisi vigore consuetudinis: et si tamen oportet probare usum, non tamen cum qualitatibus illis, quibus debet probari consuetudo, allegat dictum not. Bart. in l. 2. *C. quæ sit longa consuet.* cum tradit de medio probandi consuetudinem, seu usum consuetudinis, de qua in glos. in l. *dos à patre profecta, C. solut. matrim.* et satis placet hoc, quia alias nullus fuerat effectus redigendi in scriptis dictas leges Fori: et quia l. *ordin. de Alcala* tantum exigit, quòd adhuc sint in viridi observantia, subdit etiam quòd quando est talis lex Fori, cujus observantia est notoria, quòd non indiget tunc aliqua probatione usus; et bene conferunt, quæ supra dixi, et idem esset dicendum, ubi apparet per alias leges Regui, quòd provident aliquid circa talem legem Fori: ut habetur super lucris constante matrimonio, et super re tractu per consanguineum proximiorum; et super arris, vel aliàs, prout est in legibus Ordin. et legibus Taurinis: nam satis ex hoc constat tales leges fori validatas, et approbatas per Reges; et isto argum. usus est Franciscus Curtius, prout refert ejus nepos ex fratre vel sorore, dictus Franciscinus Curtius, ubi supra, ad probandum, approbata fuisse per Imperatores capitula consuetudinum feudorum: nam Princeps disponens circa personam, vel actum invalidum, dicitur approbare, l. *quidam consul. bant, ff. de re jud. l. idem Ulpianus, ff. de excus. tutor.* unde arguit, quòd multi Imperatores habuerunt notitiam dicti libri feudorum, et circa illum disposuerunt, prout dicit constare ex infinitis privilegiis concessis ad legitimandum spurios, et naturales in quibus expresse derogant, cap. *naturales, si de feud. fuer. contriv.* limitat etiam Roderic. ubi supra, nisi forte casus, qui à lege Fori est dedecisus, non accidisset, quia tunc non tolletur effectus talis legis: et subjicit, quòd sufficere probare saltem ex fama, et præsumptione, quòd testes non recordantur tale negotium occurrisse in civitate, nam tunc impossibile esset probare usum, ex quo nunquam accidit, et ita dicit limitandam l. *ordin. de Alcala, allegat notata per Bald. in l. de quibus, 9. col. ff. de legibus, in quæst. an ex non actibus inducatur consuetudo, et alia quæ ibi poteris videre; quæ tamen non multum urgent.* Et dato quod ista limitatio foret vera, deberet probari, ut dictum est, non solum quòd casus non venit in civitate, verum neque in Regno; quia si alibi venit de illo est probandum. Prætereà, et limitari deberet ista limitatio, nisi talis casus esset decisus per istas leges Partitarum, tunc enim usul legis Fori probato, per istas leges deberet decidi, quas et post librum Fori condidit iste Rex Alphonsus Serenissimus, ut habetur in sua Chronica, l. *non est novum, ff. de legibus, cap. 1. de constit. lib. 6.*

LEY VIII.—Como se debe hacer el fuero (a).

Fecho debe ser el fuero (1) bien é cumplidamente, guardando en todas cosas razon é derecho, é igualdad é justicia. E débese hacer con consejo de homes buenos é sabidores, é con voluntad del Señor, é con placer de aquellos sobre que lo ponen. E esto se entiende de los homes de buen entendimiento: catando mas el pro comunal de todos, é de la tierra en que han de morar, que non la suya: é que non sean cobdiciosos, ni soberbios, ni de mala voluntad, ni hayan desamor unos con otros mientras lo ficieren. E quando así fuere fecho, puedenlo otorgar, é mandar, por todos los logares que se ficieren, que se tenga: é desta guisa será así como ley (b).

(a) L. 1, tit. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—L. 3, tit. 2, lib. 3 de la N. R.

(b) Véase lo que hemos dicho sobre el proemio de este título.

LEY VIII.—In foro condendo, seu in scriptis redigendo, attendi debet quod hic exprimitur. Hoc dicit.

(1) *El Fuero.* Fortè lex ista potest intelligi de statutis populorum, de quibus l. *omnes populi, ff. de just. et jur. ut per legem istam permittatur populis, dum tamen fiat cum voluntate Principis, quod videtur intelligendum et limitandum, juxta ea quæ dixi in l. 12. supra,*

tit. 1. nam procedet quod hic habetur, quando populus stateret aliquid ex causa contra legem scriptam, vel in casu, quo non posset statere, quia non erat super administratione rerum suarum, ut latius ibi dixi; vel dic quoad istum titulum, quòd intelligatur hæc lex quando consuetudo, seu forus redigitur in scriptis, ut servetur quod hic habetur: sed hoc non videtur posse stare attentis verbis hujus legis; unde tene quod hic loquatur de foro municipali.

LEY IX.—Como se puede desatar el fuero (a).

Mal é bien son dos cosas muy contrarias, que siempre la una estorba á la otra, é la desata quanto puede; así que cuando el mal ha mayor poder é mayor fuerza, vence al bien, é pugna en desatarlo; eso mismo face el bien, quando puede mas: salvo que el bien ha tanta de ventaja, que es mas noble en su poder (1). E por ende así como en el derecho yace todo bien, así en el tuerto yace todo mal. E porque la maldad es cosa aborrescedera, porende la bondad ha poder con derecho de la desatar siempre. Onde como quier que el fuero sea fecho para venir ende todo bien; si por aventura, de comienzo no fue catado, porque el bien sea y mucho escogido, ó seyendo escogido, non usan del como deben, non catando y lo de Dios complidamente, ni lo del Señor natural, ni el pro de la tierra; por cada una destas razones debe ser desfecho (2). E quando el uso, é la costumbre, é el fuero, que dicho habemos, fuere tal, puede llegar á tiempo, seyendo sabido é conocido, porque se pueda emendar. E quanto mas dura, é lo usan, tanto peor es (3). E demas vienen ende dos cosas: la una, que se da por flaco é por desentendido aquel que lo debe tirar, é lo sufre: la otra, porque resciben pérdida é daño aquellos que lo usan.

(a) L. 1, tit. 28 del Ord. de Alc.—L. 1 de Toro.—L. 3, tit. 2, lib. 3 de la N. R.

LEY IX.—Forus seu consuetudo, quæ incipit esse corruptela tolli debet: et tanto deterior, quanto diuturnior. Hoc dicit.

(1) *Es mas noble en su poder.* Et dicit Gloss. in cap. *omnes populi, 47. dist.* quòd non potest quis crescere tantum in malitia, quantum in bonitate, quia charitas potest in infinitum extendi, juxta illud Psalm. 118 v. 72 *bonum mihi lex oris tui super millia,* etc. sed malitia non, quia aliquis potest esse sumè malus, de *Pœnit. distinc. 2. §. 2. contrario.*

(2) *Desfecho.* Et si de facto non tollatur, sed perseveret, licitum est illicita remediis legitimis circumvenire, ut tradit Bal. per text. ibi in l. unic. in princ. *C. de ead. toll.*

(3) *Tanto peor es.* Concordat. cap. fin. *de consuetud. lex mala nunquam juvatur temporis cursu,* Glos. in cap. *inter cetera, 10. quæst. 3.*

TITULO III.

DE LA SANTA TRINIDAD, É DE LA FÉ CATOLICA (a).

Comenzamiento de las leyes, tambien de las temporales como de las espirituales, es esto: que todo Christiano crea firmemente (1), que es un solo verdadero Dios (2), que non ha comienzo (3), ni fin, ni ha en si medida (4), ni mudamiento (5), é es poderoso (6) sobre todas las cosas, é seso de home non puede entender, ni fablar del cumplidamente, Padre, é Fijo, é Espiritu Santo (7), tres Personas (8), é una cosa (9) simple, sin departimiento, que es Dios Padre, non fecho, ni en-